



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 10. Diversæ Sacrarum Congregationum Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Eodem anno die decima nona Octo-
 bris Cſtriphorus Bernardus a Gallen Sæc. XVII.
 A. C. 1652.
 Monasterienſis Epiſcopus in eadem urbe,
 in qua paulo ante Imperii pax confecta
 erat, nunc quoque Eccleſiæ decorem
 ſalutaribus decretis reſtaurare decrevit,
 celebrata hanc in rem Synodo Diæce-
 ſana, in qua præcipue Clericos admo-
 nuit, ut a ſuſpectis mulieribus, ebrie-
 tate, luſu, ſimonia, aliisque vitiis ſe-
 rio abſtineant, ne Proteſtantes, quibus-
 cum converſari coguntur, Catholicis
 exprobrent, quod Cleri & Paſtorum vita
 ac mores cum doctrina, & fidei con-
 feſſione parum concordent: Eapropter
 omnes Clericos hortabatur Epiſcopus,
 ut ad morum emendationem in præ-
 cedentibus Synodis toties ſtatuta dili-
 genter obſervari velint.

Denique Maximilianus Henricus
 Coloniienſis Archiepiſcopus, ſimulque
 Hildesheimenſis Antiſtes die duodeci-
 ma Aprilis hoc anno ſuam habuit Sy-
 nodum, in qua ſanctiones pro reforma-
 tione in prioribus Conciliis factas colle-
 git, & confirmavit.

§. X.

*Diverſæ Sacrarum Congregationum
 Conſtitutiones.*

Sum-

Sæc. XVII.
A. C. 1652.

*Decif. SS.
Congr.
Episc. Rit.
Et Imm.*

Summo Pontifice Innocentio X. graviter decumbente, hoc anno non nisi duæ emanarunt Constitutiones, in quarum una, fors occasione infausti Mascambruni, die septima Februarii interminata anathematis poena prohibitum, ne Romanæ Curix Judices transumpta supplicationum pro beneficiis Ecclesiasticis aliisque gratiis nec etiam literas & mandata de adipiscenda possessione ejusmodi beneficiorum, concedant, antequam literæ Apostolicæ desuper fuissent expeditæ: Præcepit insuper Pontifex, ut in Italia supprimantur Conventus, in quibus ob exiguum Religiosorum numerum Regularis disciplina observari nequit. Die autem vigesima sexta Aprilis sacra Episcoporum Congregatio decidit, quod Pileus Episcopi debeatur Ecclesiæ, ubi jacet ejus Corpus, non autem Cathedrali: pariter S. Concilii Congregatio declaravit, quod Episcopus non valeat cogere Clerum totius Diæcesis, ut intersit supplicationi in die Corporis Christi: decisum quoque legitur die secunda Augusti a S. Episcoporum Congregatione, quod Curatus non possit esse Monialium Confessarius, si exinde Cura notabiliter pateretur, nec Pœnitentiarius valeat occupari a Capitulo in Missionibus vel aliis, per quæ distraheretur a Confessionibus

nibus in Ecclesia excipiendis, faltem in Sæc. XVII. A. C. 1652.
 diebus Dominicis & festivis. Censuit
 quoque die septima Septembris S. Con-
 cillii Congregatio, quod in Ecclesia Col-
 legiata non possit absque Sedis Aposto-
 licæ licentia asservari SS. Eucharistiæ
 Sacramentum, nisi sit Parochialis. De-
 nique Episcoporum Congregatio die
 octava Novembris statuit, quod non
 modo Puella vel Vidua, quæ ad susci-
 piendum habitum temere ingreditur,
 sed etiam Abbatissa illas suscipiens, in-
 cidant in censuras: de cetero autem
 Monialium confessionalia ita sint tecta,
 ut ab aliis confessiones audiri non
 possint.

§. XI.

*Hieronimi Verospii Cardinalis ex-
 trema.*

Ex Purpuratis, qui hoc anno obiire, Tuld. Hist. temp. l. I. Ciacon. in vita Urban. VIII.
 nonnisi tres occurrunt; & quidem
 primo decessit Hieronymus Verospius
 patria Romanus, qui Doctoratus lau-
 ream emeritus ab Urbano VIII. juvenis
 adhuc in Rotæ Romanæ Auditorem re-
 nuntiabatur; cum autem inter ceteros
 doctrina, pietate, aliisque virtutibus
 emineret, Romana etiam Purpura, &
 postmodum Auximana Ecclesia ab eo-
 dem Pontifice honorabatur: demum
 vero